UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]ctis januario ep[iscop]o [et] so. mar. Cap[itulum]. xciij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

toꝝ eius articulos: donec oſſa de corio ſegregarentur. Et cum in his gratias ageret: iuſſit eũ mitti in caminũ ignis ardentis. Orauit aũt victoꝛ ad dñm: ⁊ ignis eũ non tetigit: ſꝫ poſt triduũ dux ipm illeſum inuenit. Tunc mãdauit venena preparari: ⁊ ea in carne iniici ⁊ ei dari. Et cõtinuo mãducauit: nec aliquid mali ſenſit: venenarius aũt acrioꝛes venenoꝝ ſtimulos porrexit. Et cũ comediſſet iterũ ſanus ſtabat. Statimq̨ magnus ille cõuerſus: oẽs codices ſuos cõbuſſit: ⁊ fidẽ xp̄i ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruos corpis eiꝰ dirũpi: ⁊ oleũ decoqui: ⁊ partibꝰ occultioꝛibꝰ corpis infundi. Ac demum in equuleo ſuſpẽdi ⁊ lãpades ei ardẽtes applicari. Que cũ oĩa cõfoꝛtatꝰ a dño ſuperaſſet: fecit acetũ ⁊ calcẽ in os eiꝰ infundi: deinde ipm excoculari: ⁊ ſic verſis pedibꝰ ſuſpẽdi: donec ex eiꝰ naribus ſanguis diſtillaret. Dimiſſo igiť eo triduo in illo ſuſpendiculo: carnifices eum moꝛtuũ exiſtimãtes acceſſerũt vt viderẽt: ⁊ ſtatim excecati ſunt. Sꝫ orãte victoꝛe: tã ipe ꝙ illi viſum perceperũt. Iratꝰ aũt ſebaſtianus hoc audito mãdauit eum decoꝛiari. Tũc vxoꝛ vnius militis noĩe ſtephana annoꝝ circiter. xvi. exclamare cepit: ⁊ ſanctũ martyꝛem beatificare: viditq̨ duas coꝛonas ab angelis de celo deferri: ⁊ maioꝛẽ victoꝛi: minoꝛẽ vo ſibi dari. Et cũ hec oĩa coram cunctis enarraſſet: ⁊ xp̄m dñm ꝯfeſſa fuiſſet. Iuſſit dux arboꝛes duas palmarũ ad ſe inclinari: ita vt ſe tangerẽt: ⁊ in vtriſq̨ ligari manibꝰ ac pedibꝰ beatã ſtephanã: ⁊ ſimul arboꝛes ad naturalẽ erectionẽ reuertẽtes dimitti: ſicq̨ dirupta eſt ſtephana in duas ptes: ⁊ a xp̄ianis occulte ſepulta. Sanctũ aũt victoꝛẽ iuſſit dux decollari. Percuſſoq̨ illo ex eiꝰ coꝛpe ſanguis ⁊ lac emanauit. Cuiꝰ coꝛpus a xp̄ianis ſepultũ eſt ĩ ſarcophago qḋ ipe ſibi ꝑparauerat ĩ ciuitate ſua. Paſſi ſunt aũt ſcti martyꝛes. xiiij. kal. oct.

¶ De ſctõ methodio epo ⁊ mar. Cap. xc.

Methodius martyꝛ pꝛio olympi lycie epõ ⁊ poſt modũ Tyꝛi fuit. q̃ nitidi cõpoſitiq̨ ſermonis aduerſus poꝛphiriũ libꝛos luculentos compoſuit. Itẽ ſymposium. x. virginũ. Itẽ de reſurrectione ꝯ oꝛigenẽ opus egregiũ. Et aduerſus eũdẽ de phitoniſſa: ⁊ de arte geoꝛgioꝝ. In geneſim q̨ ⁊ in cãtica cãticoꝝ cõmẽtarios edidit. Et mlta alia q̃ vulgo leguntˀ: qui ad extremũ nouiſſime ꝑſecutionis ſub diocletiano: vel vt aliq̃ affirmãt ſub decio ⁊ valeriano in calcide grecie martyꝛio vitã finiuit. Cui in carcere exiſtẽti facta eſt reuelatio plurimoꝝ de tpe aduentꝰ antixp̄i: que ſctũs martyꝛ ſcripture cõmendauit. paſſus eſt. xiiij. kalẽ. octob. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto ferεolo martyꝛe. Cap. xci.

Fereolus martyꝛ ⁊ iulianus eius comes in aluernia nati deo in militari habitu ſeruiebant: vt dictũ eſt ſupꝛa in paſſiõe iuliani martyꝛis. v. kalẽ. ſeptẽbꝛis. Cũ aũt ꝑſecutoꝛes ſanctum iulianũ apud aluerniã decollaſſent: ⁊ caput eiꝰ viẽne ad fereolũ detuliſſent: a criſpino conſulari tali conditione miſſi: vt aut fereolus ſacrificaret: aut ſimilẽ ſententiã acciperet: cum eis aſſentire nollet: confeſtim in xp̄i cõfeſſione capite ceſus eſt. Cuiꝰ coꝛpus vna cũ capite ſancti iuliani in ipa ciuitate in eodẽ tumulo ſepultum eſt. xiiij. kal. octobꝛis. ¶ Poſt multos aũt annos cũ mamertus epõs viẽneñ. coꝛpus ſancti fereoli tranſferre vellet: inuenit caput ſancti iuliani inter manꝰ fereoli: ⁊ vtrũq̨ ipoꝝ ita integrum ⁊ illeſum: ac ſi ea die fuiſſet ſepultũ.

¶ De ſancto flocello martyꝛe. Cap. xcij.

Flocellꝰ martyr puer decẽnis paſſus eſt apud vꝛbem auguſtudunũ. tẽpoꝛibus antonini impatoꝛis ſub valeriano pꝛeſide. Cum enim pꝛeſes audiſſet: ꝙ Flocellus ſanctos martyꝛes in eoꝝ paſſionibus confoꝛtaret: iuſſit eũ teneri: ⁊ ſuſpẽſum in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri vna cum leone recludi: vt ab eo deuoꝛaretur. Orãte vo puero leo ſubito moꝛitur. Statimq̨ ſeptem lucerne cũ cãdelabꝛis ei pꝛeſentantˀ: quarum lumine tenebꝛe carceris repelluntur. Qḋ audiẽs gentilis quidã filiũ ſuũ: cecũ: ſurdũ: ⁊ mutũ: ei obtulit: cui ſctũs martyꝛ cõfeſtim viſum: auditũ: ⁊ loquelã reſtituit: ⁊ ipm cũ pꝛe ad xp̄ꝫ cõuertit. Que dũ ꝑſes audiſſet ipꝫ ĩ ignẽ maximũ extra vꝛbẽ mitti fecit. Sed puer ab angelo ſibi a dextris aſſiſtẽte hoꝛtatꝰ ignẽ ingreſſus eſt. Et cõtinuo tẽpeſtate ⁊ ĩbꝛe valido ingruẽte ignis extinctꝰ eſt. Quẽ ꝑſes iuſſit lingua ⁊ palmis clauis ꝯfigi. Et dũ nihilominꝰ xp̄m ꝯfiteretˀ: ſtola indutꝰ linea feris in platea exponitˀ: ⁊ ab eis diſcerptus martyꝛio coꝛonatˀ. xiiij. kal. octobꝛis.

¶ De ſctis ianuario epõ ⁊ ſo. mar. Cap. xciij.

Ianuariꝰ epõs ⁊ ſociꝫ eiꝰ. ſ. feſtꝰ ſociꝰ ⁊ pꝛculus diaconi: deſiderꝰ lectoꝛ: acatius et eutyches paſſi ſunt apud ciuitatem puteolanam ſub perſecutione Diocletiani agente pꝛeſide Timotheo. Qui ꝑſes miſſus a ceſare ad

ciuitatem nolanā campanie ad xp̄ianos exterminandos. Soſium eccleſie meſſenateſ. ⁊ proculū puteolane eccleſie diaconos et eutychetē ⁊ acaciū ciues nolane vrbis laicos xp̄ianos in carcerē clauſit. Januariū ꝟo ep̄m beneuenti ei de xp̄ianitate delatum teneri: et ſibi preſentari mandauit. Quem cū ad deorum ſacrificia nec blanditijs: nec minis inclinare poſſet. Juſſit caminū ignis per triduum incendi: ⁊ ianuariū interim cuſtodie detentū inter flammas immitti: qui oratione fuſa cū angelis decantēs in medio ignis deābulabat illeſus. Qd̄ dū milites timotheo preſidi nūciaſſent: iuſſit caminū ignis aperiri. Et erūpens flāma plurimos paganoꝝ circūſtantes peremit. Januarius aūt ex camino ꝓſiluit: ita vt nec capili eius: nec veſtimēta exuſta in aliquo apparerēt. Qd̄ dū p̄ſes magicis artibus attribuiſſet: iuſſit eū in cuſtodia detineri. Die ꝟo ſequēti ante ſe adduci: ⁊ neruos de corpore ipius ſeparari: deinde iterū in carcerē recipi: vt interim noua ſupplicia excogitaret. Ad quē venientes feſtus diaconus ⁊ deſiderius lector beneuentane ciuitatis: et eius ſupplicijs condolentes: iuſſu eiuſdē preſidis detinentur: ⁊ vna cum ianuario vinculis mancipantur. ¶ Poſt hec dum timotheus ad ciuitatē puteolanā tranſire vellet iuſſit oēs martyres prefatos cathenis vinctos ante currū ſuū protrahi ad exemplū xp̄ianorum: ipſoſq; cunctos in amphitheatrū eiuſdē vrbis introduci: et vrſos eiſdē laxari. Sed manſuefacte fere quaſi oues ad pedes martyrū procidebāt. Quod cernens preſes dictata ſentētia iuſſit eos oēs capite cedi. Statimq; lecta ſentētia: cū ſcti ad decollationē ducerentur: cecus effectus eſt preſes. Januariū quoq; mox reuocatū rogauit: vt pro ſe ad deum ſuū oraret. Et cū pro illo oraſſet confeſtim lumē oculorū recuperauit. Quo viſo miraculo fere quinq; milia gentiliū cōuerſi ſunt. Preſes ꝟo in malum obſtinatus hec videns: ianuariū ad martyriū vna cū ceteris remiſit: quē ſenex quidā rogauit: vt veſtibus ſuis aliquid ꝓ reliquijs acciperet. Cui ep̄us poſt decollationem ſuam orarium ſuum ei ſe daturū promiſit. Decollati ſunt ergo ſancti martyres: ſcʒ ianuarius epiſcopus feſtus ⁊ proculus diaconi: deſiderius lector: ⁊ acacius ⁊ eutyches. Soſius ꝟo diaconus qui inter alios propior apparuerat in carcere eſt ſeruatus: donec poſtmodū ab eodē preſide paſſus eſt: vt dicet infra in eius paſſione. ix. kalen. octobris. Januarius autē poſt martyriū ſuum ſeni apparuit: ⁊ orariū ſuū ſanguine perfuſum quo decollandus oculos texerat: eidē tradidit. Quē ſenex militibus ab eoꝝ occiſione redeuntibus: in teſtimoniū miraculi oſtendit. Eadē autē hora qua ſancti capite ceſi ſunt: timotheus a demonio arreptus diuq; vexatus infeliciter expirauit. Mater ꝟo ſancti ianuarij in ipa hora in vrbe beneuētana ſomniū vidit: ꝙ filius eius p aera ad celū volaret. Et diē ⁊ horā notās inuenit ipm tunc palmā martyrij ſuſcepiſſe. ¶ Cū ꝟo martyr dñi decollaretur: ⁊ orariū añ oculos teneret: digit⁹ ei⁹ vna cū capite abſciſus excidit. Sed dū xp̄iani corp⁹ ipius ⁊ ceteroꝝ martyꝝ nocte ſepelire vellent: apparuit eis ianuari⁹: eos admonēs vt digitū ſimul cū capite p̄ciſum requirerēt. Qd̄ illi facere curauerūt: ⁊ ſctoꝝ olim corpa honorabil'r iuxta ciuitatē ſepelierūt. Qui paſſi ſunt. xiij. kal'. octob.

¶ De ſancto Goderico ep̄o. Cap̄. xciiij.

GOdericus ep̄s claruit apud meteſem ciuitatē tēpe theodeberti regis frācoꝝ. Qui aquitania exort⁹: p̄mo q̄dē miles egregius cū multas cōtra barbaros victorias obtinuiſſet: et corā deo et hoib⁹ famoſus eſſet: oculoꝝ cecitatē incurrit: nunq̄ tñ ipm patiētia deſeruit. Eodē aūt tp̄e ſctūs arnulphus metēſi eccl'ie p̄ſidebat. Godericus aūt ab āgelo monit⁹ ad ciuitatē metēſem venit: ⁊ ibidem in eccl'ia ſcti ſtephani ꝓthomartyris vt monitus fuerat ad deū deuote orauit: et lumen quod diu dum amiſerat recuperauit. Arnulphus autē ei carne ꝓpinquus ipm in domū ſuā ſuſcepit: ⁊ diuina iuſſione p̄ſb̄rm ordinauit. Deide ſolitariā vitā eligens ep̄atui reſignauit: ⁊ ſucceſſorē ſibi godericū reliq̄t ⁊ heremū petijt: vt ſupra in ei⁹ geſtis dictū eſt. xvij. kal'. ſeptēbris. Godericus aūt eccl'ie metēſi: exēplis ⁊ doctrinis laudabiliter p̄fuit. ¶ Cū aūt corp⁹ ſcti arnulphi defuncti ad eccleſiā ſuā cū ciuibus deferret: deuenit ad villā hois ip̄ij: vt illac tranſitū haberet: quē videlʒ ſctūs arnulph⁹ ſepi9 in vita ſua monitū: nō potuerat a ſcelerib⁹ reuocare: dūq; ville appropiuq̄rēt oēs īmobiles facti: vltra ꝓcedere non volebāt: eo ꝙ ſctm̄ corpus illac tranſire nolebat: ſed dū oēs ꝓpter hoc heſitarent: et ſol iā occaſui feſtinaret: occurrit eis vir fidelis: q̄ eos ad villā ſuā aliā inuitauit. Ad quam cūcti cū tāta celeritate venerūt: vt volaſſe potius q̄ meaſſe putarent: vbi dū vinū non reperiretur: modicū ceruiſie ſctō ep̄o oblate: adeo multiplicatū eſt: vt nocte illa cunctis ad poculum abundaret. Quieuit aūt ī pace vir dñi. xiij. kal'. octobris: ⁊ tumulat⁹ iacet in eccleſia metenſi.

¶ De ſanctis Peleo ⁊ Nilo epiſcopis et martyribus. Cap̄. xcv.

PEleus et nilus epiſcopi apud paleſtinā martyrio claruerūt. Qui tēpore pſecutionis ī chriſtianos ſeuientis: ꝓ cōfeſſione glorioſi nominis chriſtiani: cū plurimis clericis detenti: et ignib⁹ conſumpti: